Statuten der Diözesansynode unter dem Vorsitz des NvK. Er erlässt detaillierte Bestimmungen zur Lebensführung des Diözesanklerus, schärft die geistlichen Pflichten ein, ordnet die korrekte Durchführung der gottesdienstlichen Handlungen und gewissenhafte Befolgung der Beichtvorschriften an. Er gibt genaue Anweisungen zur Praxis der Seelsorge, zum Ritus der Eheschließung und zur Unterweisung der Pfarrangehörigen. Regelmäßig soll überprüft werden, ob der Pfarrklerus die entsprechenden Anordnungen befolgt. Dabei sind Missstände zu beseitigen. Alljährlich sind Synoden und regionale Kleruskapitel abzuhalten. Es wird ein Fragenkatalog vorgelegt, der dort zu benutzen ist.

Kopie (gleichzeitig): Stams, *StiA, H XIII Nr. 5 (= D*[1]*); Hs. 51 f. 157*^{r}*-158*^{v} *(= C);* Innsbruck, *UB Hs. 68 f. 150*^{r}*-153*^{r} *(zur Hs. s. Hürten, Akten zur Reform 9-16; Neuhauser, Katalog I 197-207) (= A); Hs. 636 f. 270*^{r}*-274*^{v} *(= B);* München, *StB, Clm 1845 f. 30*^{v}*-34*^{v} *(Auszüge; zur Hs. s.o.* Nr. 2064) *(= M*[2]*);* Salzburg, *Abtei St. Peter, StiB, Hs. b VI 13 f. 270*^{rv} *(Auszug) (= S);* Stams, *StiA, Hs. 130 (Cassian Primisser, 1735-1771, Annales Stamsenses, Additiones) f. 186*^{v} *Nr. 134 (kurzer Auszug).*

Druck: Bickell, Synodi Brixinenses 33-38; Baum/Senoner, Briefe und Dokumente II 16-30.

Übersetzung: Baum/Senoner, Briefe und Dokumente II 17-31.

Erw.: Grisar, Ein Bild aus dem deutschen Synodalleben 613ff.; K. Hübner, Die Brixener Diözesansynoden bis zur Reformation, in: Deutsche Geschichtsblätter 15 (1914) 95f.; Vansteenberghe 141f.; Baur, Spendung der Taufe 71ff.; Baur, Brixner Synode von 1318, 135; Hürten, Akten zur Reform 44ff.; J. A. Jungmann, Nicolaus Cusanus als Reformator des Gottesdienstes, in: CGS 24ff.; Grass, Cusanus als Rechtshistoriker, CGS 190ff.; Grass, Cusanus und das Volkstum 84ff.; N. Grass, Der normannische Brauttor-Vermählungsritus in den Bistümern Brixen und Chur, in: J. Nössing/H. Stampfer (Hgg.), Kunst und Kirche in Tirol. Festschrift zum 70. Geburtstag von Karl Wolfsgruber, Bozen 1987, 22; Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 237; J. Gelmi, Kirchengeschichte Tirols, Innsbruck 1986, 62f.; Meuthen, Deutsche Legationsreise 491; Meuthen, Thomas von Aquin 656; Hallauer, NvK als Bischof und Landesfürst 277ff.; Trenkwalder, Seelsorgeklerus 25, 29, 45, 50, 57, 62-64, 76, 87, 91-96, 102, 119, 123.

Ex synodo Brixinensi, cui presedit reverendissimus in Christo pater et dominus, dominus Nicolaus, sacrosancte Romane ecclesie tituli S. Petri ad Vincula presbyter cardinalis, episcopus Brixinensis, a. d. MccccLiii, die vii. februarii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini, domini Nicolai pape v., anno vi.

Que facere debetis:

Canones, statuta conciliorum et synodorum diligenter observate. Nullus comam nutriat. Ita tondeantur capilli, ut aures pateant. Coronas latas habeatis. Vestes, nec virides nec rubeas, clausas, competenter mundas et longas, birreta brevia, cincturas sine fibulis aureis vel argenteis, chlamydes ultra suras ceteras vestes tegentes, quibus

5 Que – debetis: *fehlt D.* 9 argenteis: argentatis *A.*

[1]) *Separates Doppelblatt, ursprünglich gefaltet, mit kunstvoller Initiale. Diese Hs. dient im Folgenden als Textvorlage. Die weiteren Überlieferungen weichen nur geringfügig ab. Lesarten werden nur in Ausnahmefällen angeführt. S. auch Bickell, Synodi Brixinenses 70.*

[2]) *Sammelhs., Provenienz St. Nicola, Passau. Der Text wird eingeleitet mit:* Ex synodo Brixinensi, cui presedit reverendissimus in Christo pater et dominus Nicolaus de Cusa cardinalis. *Die Auszüge, thematisch geordnet, sind den Akten der Synoden von 1453 (s. Variantenapparat) und 1455 (Bickell, Synodi Brixinenses 31-41), dem Dekret über die Eheschließung von 1455 VII 5 (Hürten, Akten zur Reform Nr. I) und der Visitationsordnung für Albeins (Hürten, Akten zur Reform Nr. V) entnommen. S. auch Hürten, Akten zur Reform 43 Anm. 6.*

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

dum caretis, sine cincturis tabardos cum strictis manicis et honestis caputiis deferatis.[3]) Tabernas sine necessitate nequaquam frequentetis. Nullos taxillorum aut chartarum ludos exerceatis. Nullas concubinas seu focarias, immo nec suspectas mulieres, habeatis in domibus vestris, sed mundas, honestas et annosas tantum, omni incontinentia et suspicione carentes. Hec precipiuntur sub poenis iuris et statutorum provincialium.

Abstinere debetis ab omni inhonesta conversatione seu societate. Choreas omnino vitate et omnes levitates. Veritas et gravitas in verbo et opere decoret vitam vestram. Omnino a crapula et ebrietate abstinete. Non immisceatis vos frequentibus colloquiis subditorum vestrorum et maxime mulierum, ne extimatio vestra vilescat. Omnia ecclesie iecunia et festa omnino observate, ne prevaricando precepta ecclesie trahatis vobiscum plures ad prevaricationem.[4]) Abstinere debetis a lacte, butyro et ovis in quadragesima, et vestro exemplo alios ad idem inducere.[5]) Nolite concedere licentiam peregrinandi, nisi ad ecclesiam cathedralem Brixinensem et Romam atque S. Jacobum in Gallicia[6]) aut alium approbatum locum ex antiquo, ut est Aquisgrani[7]) et Aquileie.[8]) Horas canonicas conformiter dicatis, discrete et attente, competenti tempore. Non negligatis, semper in primis adicere pretiosa cum sequentibus oratoribus. Antequam accedatis ad altare, mature sitis preparati et purgati confessione quoad spiritum et lotione quoad corpus, ut, quantum possibile vobis fuerit, mundi reperiamini in oblatione tanti sacrificii. Polluti de nocte abstineatis, nisi festivitas vos arcet; tunc confessione facta et septem psalmis poenitentialibus devote dictis et litania, cum timore Dei accedatis ad altare.

Nunquam antequam diescat presumatis missam legere vel cantare. Quando inceperitis missam cum cantu, illam usque ad finem ex integro continuate, nihil syncopando. Organa non audiantur in quocunque festo nisi in introitu misse, Kyrie eleison, graduali et sequentia seu hymno, et tunc cessent. Omnia, que per vos fiunt officia in ecclesia, non nimis tractim neque nimis cursorie, sed servata mediocritate peragantur cum humilitate et caritate. In audiendis confessionibus singulariter solliciti sitis, ut non in domibus, sed publice in ecclesia illas audiatis, nisi causa necessitatis excuset. Nunquam

---

21 concedere – 23 Aquileie: *M f. 30ᵛ*. 22 Romam: Romanam *A B*. 25 adicere: addicere *A B D*. 28 Polluti – 31 cantare: *M f. 30ᵛ*. 37 Nunquam – 44 indulgentiarum: *M f. 30ᵛ*.

---

3) *Die Bestimmungen zur Kleidung der Kleriker sind in den Synodalbeschlüssen von 1438 wesentlich detaillierter und werden dort im Kapitel* De vita et honestate clericorum *zusammengestellt. Sie folgen weitgehend den Vorschriften der Salzburger Provinzialsynode von 1418 (Bickell, Synodi Brixinenses 8f., 57; Dalham, Concilia Salisburgensia 245). Auch die Anordnungen der Salzburger Synode von 1451 sind ausführlicher (*Nr. 1000 *Z. 407-440). Direkte Übernahmen aus diesen Texten sind nicht erkennbar.*

4) *Die Anordnungen zum Lebenswandel des Klerus werden von der Synode 1438 in dem Artikel* De vita et honestate clericorum *zusammengefasst (Bickell, Synodi Brixinenses 8f., 57f.), wiederum in Anlehnung an die Dekrete der Salzburger Provinzialsynode von 1418 (Dalham, Concilia Salisburgensia 245f.) und des Konstanzer Konzils vom 21. März 1418 (COD 447). Knapper und allgemeiner die entsprechenden Bestimmungen der Diözesansynode von 1449 (Bickell, Synodi Brixinenses 22). Direkte Anlehnungen an den Artikel* Que circa mores et vitam *der Salzburger Provinzialsynode von 1451 sind ebenfalls nicht erkennbar (*Nr. 1000 *Z. 442-485).*

5) *Dazu Grass, Cusanus und das Volkstum 39ff.*

6) *Santiago de Compostela.*

7) *Aachen.*

8) *Aquileia.*

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

aliquis vestrum religiosam personam absolvat sine episcopi aut eius vicarii expressa commissione, nisi prelatus fuerit habens apostolicum indultum.[9]) Item ab omnibus, qui celebrabunt dominicis diebus, dici debet in fine ultime collecte: „Et famulos tuos N. papam et N. episcopum nostrum una cum universa catholica ecclesia ab omni adversitate custodi per dominum nostrum", expresse semper papam et episcopum nominando; et conceduntur sic facienti qualibet vice quinquaginta dies indulgentiarum.[10])

Que populo annunciare debetis:

Item ut credant, uti fides habet christiana, quam omni dominica die explanate; et orent, sicut Christus docuit; et dominicam orationem recitate, ut faciant, sicut Christus docuit et ecclesia precipit; et breviter semper exponatis decem precepta. Non permittatis subditos sabbatum violare, comminando quod eos communione privabitis.

Annuntiate eis, quomodo tenentur ad minus semel in anno confiteri et in Pascha recipere eucharistiam sub poena iuris et carentia ecclesiastice sepulture, et quomodo se tam ad confessionem per contritionem, quam ad eucharistiam per caritatis opera preparare debent et cito confiteri, ut ieiunium quadragesimale eis proficiat. Dicite, quomodo obligantur omnes in annis discretionis, qui ad eucharistiam accedere debent, nisi necessitas excuset, omni die dominica in sua parochia missam maiorem a principio usque ad finem ieiunii audire. Sicut enim celebrans debet esse ieiunus, ita et audientes, quia, ut canon dicit, simul cum ipso sacerdote hostiam offerunt.[11]) Quare tabernariis et coquis inhibeatur, ne non necessitatis causa vendant ante finem misse esculenta et poculenta. Et dicatur, quod non sufficit audire peculiares missas, sed requiritur, quod audiant principalem missam, in qua annuntiantur mandata dei et ecclesie. Dicite, quod de iure prohibitum sit, eo ire peregre sine licentia curati vel episcopi.[12]) Et prohibeatis, ne vadant ad quecunque loca sine licentia sub poena exclusionis a perceptione eucharistie.[13])

Dicite, quod licet sponsalia de future contrahi possint sine solemnitate per verba talia: „Catharina cum Johanne intendit aut promittit velle matrimonium contrahere", tamen contractus matrimonialis debet solemniter fieri in facie ecclesie, tribus proclamationibus precedentibus in tribus dominicis infra missarum solemnia, in quibus sacerdos sic dicet: „Johannes et Catharina proponunt tali die matrimonium contrahere in facie ecclesie; requiro quemlibet, si sciverit aliquod impedimentum consanguinitatis,

---

43 quinquaginta: xl dies *D.* 45 Que – debetis: *fehlt D; folgt* dominicis diebus *B.* 46 et: ut *A B.* 53 Dicite – 60 ecclesie: *M f. 31ʳ.* 58 causa: *fehlt A B D.* 64 licet – 72 episcopi: *M f. 33ʳᵛ.* 69 sciverit: fuerit *A B D.*

---

9) *Entsprechende Bestimmungen in den Synodalstatuten von 1438 (Bickell, Synodi Brixinenses 17, 58), jedoch sind keine Textbezüge erkennbar.*

10) *Übernahme des 1451 in Salzburg erstmals publizierten Reformdekrets Nr. 1; AC* Nr. 1008. *Dazu Meuthen, Deutsche Legationsreise 455-457.*

11) *Vgl. D. 2 c. 54 de cons., ed. Friedberg I 1333f.*

12) *Vgl. C. 21 q. 2 c. 2, ed. Friedberg I 854.*

13) *Ähnliche praxisbezogene pastorale Anweisungen zur Beichte und zum Gottesdienst fehlen in den Synodalstatuten von 1438 und 1449. Die dortigen Bestimmungen sind stärker kirchenrechtlich bezogen (Bickell, Synodi Brixinenses 10f., 17, 24, 58f.).*

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

affinitatis, cognationis spiritualis, publice honestatis aut aliud quodcunque, infra tempus illud revelet.“ Sciscitetur etiam plebanus, si est impedimentum; et si reperit aliquod dubium, tunc remittat contrahentes ad vicarium episcopi. Item dicite, quod ab Adventu Domini usque ad octavas Epiphanie et a Septuagesima usque ad octavas Pasche et a Rogationibus[14]) usque ad octavas Pentecostes nuptie sint de iure prohibite, et amplius non permittentur. Item quod amplius denegabuntur benedictiones nubentium, nisi in facie ecclesie contraxerint, antequam se commisceant.[15])

Item dicetis, quomodo amplius in baptismo, quem semper in ecclesia facietis, non admittentur in baptizatione masculi ad plus nisi duo patrini cum una muliere; et femelle due mulieres cum uno masculo ad levandum. Item admoneatis eos, qui res alienas habent, ut quam cito restituant, et si res spectant ad ecclesiam, quod tunc, nisi restituant aut recognoscant in feudum; si est feudum, incidunt in poenas iuris et excommunicabuntur. Item quod sint obedientes in his, que concernunt animarum salutem, quia nisi admiserint mandata ecclesie et episcopi Brixinensis aut eius vicarii in correctionibus peccatorum, exsecutionem canonum, in causis etiam matrimonialibus et testamentariis, quod tunc divina subtrahentur et strictum interdictum ponetur, prout et hoc iustum est et rationis, inobedientia durante.

Item suadeatis omnibus, qui per necessitatem non excusantur, ut utantur in quadragesima oleo. Et que in poenitentiis iniungetis in confessione, iniungite confessis, si non excusantur necessitate vel infirmitate, quod abstineant a lacticiniis, habita discretione secundum qualitatem personarum, ut alii per totam quadragesimam, alii a media, alii a dominica Iudica, omnes tamen a die Palmarum et per totam quadragesimam feriis secundis, quartis et sextis. Non permittatis, nisi quem infirmitas excusat, ad sacramentum accedere, qui ova comedit in quadragesima.[16])

Publicos adulteros et adulteras post monitionem a divinis excludite, donec per vicarium fuerint absoluti. Similiter qui concubinas habent et nolunt dimittere, ad communionem non admittatis.[17]) Usurarios exstirpate et excludite a communione et sepultura.[18]) Sortilegia et incantationes eliminate; vitate omnia prestigia contra tempestates et pro temperie aeris impetranda. Processiones facite, et orationes ac missas celebrate, prout

---

71 revelet: reveletur *A*. 80 cito: possunt *C*. 88 oleo: *fehlt D*.

---

[14]) *Drei Tage vor Himmelfahrt.*

[15]) *Entsprechende ganz auf die Praxis der Seelsorge bezogene Anweisungen fehlen in den Synodalstatuten von 1438 und 1449, ebenfalls in den Statuten der Provinzialsynode von 1451 (Bickell, Synodi Brixinenses 13, 61f.;* Nr. 1000 *Z. 49-51).*

[16]) *Zu den Fasten- und Abstinenzgeboten s. Grass, Cusanus und das Volkstum 43ff.*

[17]) *Die entsprechenden Artikel der Synode von 1449 werden hier knapp zusammengefasst (Bickell, Synodi Brixinenses 24f.).*

[18]) *Zusammenfassung entsprechender Artikel der Synoden von 1438 und 1449 (Bickell, Synodi Brixinenses 12, 26, 59).*

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

in missali habetur, et alia omittatis. Admoneatis, ut decimas etiam de novalibus ex integro solvant sub poena exclusionis ab ecclesia.[19])

Item servare debetis capitula vestra, et in illis omnes defectus corrigendos referre debetis, ut provideatur.[20]) Omnes socii divinorum debent in illis capitulis commissario presentari, ut examinentur conditiones rerum, et dentur eis exsecutiones ligandi ac solvendi potestatis. In quolibet loco capituli liber unus missalis, correctus ad confirmitatem missalis correcti per vicarium episcopi, disponi debet, quanto cicius fieri poterit, et secundum illum omnes libri capituli corrigi; et nemo audeat amplius ex novo libro, non correcto et signato in capitulo, missam legere. Item in capitulo et legi debent omnia premissa statuta, etiam alia synodalia, et libelli S. Thome de fide et sacramentis[21]), et magistri Johannis Aurbach[22]), et exponi minus intelligentibus per magis intelligentes, et ex illis et aliis brevis quedam annotatio medio tempore colligetur pro quodam manuali, quod ab omnibus haberi debet.

Non admittatis aliquos ad questum faciendum virtute literarum episcopi vel vicarii, quarum data precedunt synodi tempus supra notatum.[23])

Fratres mendicantes non permittatis audire confessiones, nisi literas nostras ostenderint, neque alios peregrinos sacerdotes seu socios divinorum, qui de alia diocesi venerint, nisi post admissionem eorum in capitulis; data est tamen potestas plebanis et vicariis, admissis circa necessitatem, providendi etiam per forenses, qui ex formata et

---

108 libelli: libellus *C D.*

---

[19]) *Ausführlicher die Bestimmungen zur Zehntpflicht in den Synodalbeschlüssen von 1438 und 1449, die jeweils mit einem eigenen Abschnitt darauf eingehen (Bickell, Synodi Brixinenses 27, 62f.). Zu den hier von NvK erwähnten Neubruchzehnten s. Grass, Cusanus als Rechtshistoriker 168ff. Die dort zitierte Urkunde Hz. Sigismunds datiert jedoch nicht von 1451, sondern von 1455 IX 16 (*Innsbruck, *TLA, Cod. 5135 Nr. 4). Bei der von Grass angeführten Urkunde, – er beruft sich dabei auf Jäger, Streit I 39f. – aus Fiecht handelt es sich um eine Kopie der Urkunde von 1455 IX 16 aus dem 17. Jh. mit falscher Lesung der Jahreszahl (*St. Georgenberg/Fiecht, *StiA, L 51, X).*

[20]) *Regionale Kleruskapitel, die alljährlich abgehalten werden sollen und die bereits Ende des 13. Jh. nachweisbar sind. Ihr primäres Ziel war die Hebung des sittlichen und religiösen Lebenswandels des Klerus. NvK maß ihnen große Bedeutung zu. S. Hürten, Akten zur Reform 43 mit Anm. 6.*

[21]) *De articulis fidei et ecclesiae sacramentis (Sancti Thomae Opera omnia XLII). Dazu* Nr. 1003f. *und* 2064 *mit Anm. 6-8; Meuthen, Deutsche Legationsreise 491f.; Meuthen, Thomas von Aquin 656.*

[22]) *Johannes de Aurbach, Summa de auditione confessionis et de sacramentis. Drucke: Hain 2124; GW 2852. Bereits die Brixener Diözesansynode von 1449 empfiehlt die Lektüre des* directorium magistri Johannis Aurbach pro instructione simplicium sacerdotum in cura animarum compositum. *S. Bickell, Synodi Brixinenses 31;* Nr. 2064 *Anm. 8; H. Boockmann, Aus den Handakten des Kanonisten Johannes Urbach. Die Satira des Johannes Falkenberg und andere Funde zur Geschichte des Konstanzer Konzils, in: Deutsches Archiv für Erforschung des Mittelalters 28 (1972) 524f. mit Anm. 77; Meuthen, Deutsche Legationsreise 491f.; Meuthen, Thomas von Aquin 642f., 656. Sowohl der Traktat des Thomas von Aquin als auch der Aurbachs sind überliefert in* Innsbruck, *UB, Hs. 136 f. 163^{r}-212^{v} und* Innsbruck, *UB, Hs. 583, jeweils zusammen mit Werken des NvK. Beide Hss. sind wahrscheinlich Brixener Provenienz. Zu Hs. 136 s. Neuhauser, Katalog II 102f.; H.-V. Shooner, Codices manuscripti operum Thomae de Aquino, Bd. I, Roma 1967, Nr. 1129.*

[23]) *Maßnahmen zur Abwehr fremder Sammler bereits in den Synodalbeschlüssen von 1438 (Bickell, Synodi Brixinenses 12, 60) in Anlehnung an Beschlüsse der Salzburger Provinzialsynode von 1418 (Dalham, Concilia Salisburgensia 251). Vgl. die Regelungen für die Memminger Antoniusboten, denen eine Beichttätigkeit untersagt und das Almosensammeln an die Zulassung durch die Ortspfarrer geknüpft wird; s.o.* Nr. 2898.

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

literis aliis testimonialibus idonei presumuntur, usque ad primum capitulum.[24]) Commissarius episcopi in capitulis inquiret a singulis prout inferius. Sint igitur omnes avisati, ut ad singula sciant respondere per iuramentum prestitum in consecratione.

Fiet inquisitio in capitulis de statutis synodalibus, que ibi haberi debent.[25])

Item de ignotis sacerdotibus et eorum formatis. Item de dispensatione super natalibus, si qui patiuntur defectum. Quomodo dos ecclesie se habeat? Quomodo divina celebrentur et ipsi celebraverint? Quomodo vitia exstirpaverint? An omnes dicant ante missarum celebrationem debitas horas canonicas? Si quis vicarius sine episcopi licentia se cure ingesserit? Quomodo servetur hospitalitas? Quomodo se habeant fabrice ecclesiarum? Item de rationibus eorum, qui presunt fabrice. Item an veri pastores sint residentes? Item an non residentes pastores habeant licentiam, de qua constat? Item a vicariis sit sufficienter provisum ad onera sufferenda? Item cum quibus pactis socii divinorum sint admissi, ut sciatur, si sint licita? Item an aliquis plebanus aut vicarius colligat socios alterius preiudicialiter? Item de his, qui se intromittunt de casibus ad eos non spectantibus in absolutionibus. Item circa poenitentias, que iniunguntur confessis, an fraus vel dolus interveniat? Item de pecuniariis poenitentiis, si ad privatam utilitatem sint imposite? Item si qui dissimulant cum usurariis et aliis publicis peccatoribus et excommunicatis, illis communicando? Item an aliquis habeat plures vicarias aut plebanias? Item an plebanus in una ecclesia sit vicarius in alia? Item de festivitatibus in iure expressis, et de illis, qui patiuntur in illis fieri ea, que sunt de iure prohibita. Item de macellatoribus, ne vendant dominicis diebus carnes, et aliis, qui vendunt res non necessarias. Si quam simoniam sciunt commissam esse vel illicita pacta in spiritualibus, etiam pro sepultura seu sacramentis, salva rationabili consuetudine? Si sunt blasphemi, conspiratores, coniuratores in parochiis? Si quis sacerdos alienaverit ea, que ecclesie sunt, maxime immobilia, et quomodo? Si sunt suspecti de heresi, sortilegiis, divinationibus, incantationibus etc.? Si sunt qui violentas manus ingesserint in clericos? Si sunt, qui se opponunt solutioni decimarum, etiam novalium?[26]) Si sunt, qui occupant bona ecclesiarum sine titulo, sive fuerint feudalia sive alia bona? Item de familia plebanorum, qualis sit, et de conhabitatione mulierum in singulis talibus. Item de clandestinis matrimoniis et poena iuris et statutorum circa illos, qui interfuerunt.

---

120 avisati: avisuri *D.* 127 presunt fabrice: prosunt ecclesie *B.* 128 constat: constet *C D.* 144 etiam: ac *D.*

---

[24]) *Maßnahmen zur Kontrolle der Mendikanten und fremder Geistlicher auch in den Synodalakten von 1438 und 1449 (Bickell, Synodi Brixinenses 12f., 23, 60) in Anlehnung an die Salzburger Provinzialsynode von 1418 (Dalham, Concilia Salisburgensia 251). Die Frage der Pfarr- und Seelsorgerechte der Mendikanten war ein wichtiges Problem der Legationsreise und blieb auch danach ein Konfliktherd; siehe ausführlich oben* Nr. 2720-2727. *Die dieser Anweisung zugrundeliegende Rechtsauffassung, die Beichttätigkeit der Mendikanten bedürfe stets der Zulassung durch den Ortspfarrer, wird – gegen die Glosse des Johannes Andreae – in* Nr. 2727 *Z. 162-183 begründet.*

[25]) *Es folgt ein praxisbezogener Fragenkatalog als Grundlage der Arbeit in den jährlichen Kleruskapiteln. Viele Fragen finden sich in ähnlicher Form in den Statuten früherer Brixener Diözesansynoden oder in den Statuten der Salzburger Synode von 1451* (Nr. 1000).

[26]) *S.o. Anm. 15.*

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

Et de aliis , de quibus supra, fient inquisitiones debite et provisiones in capitulo. Id autem, quod grave foret et ibi fieri non posset, ad synodum deferetur. Synodus autem omni anno, etiam si eam aliter convocari non contingat, in die Patronorum[27]), prout modo, observabitur, salvo quod episcopus, prout viderit oportunum, diem mutare possit.

[27]) *5. Februar. Die Brixener Diözesanpatrone: Ingenuin, Albuin und Cassian (13. August). Nähere Bestimmungen dazu in den Synodalbeschlüssen von 1455 (Bickell, Synodi Brixinenses 45).*

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.